

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6282

Auteur(s) : Thomas de Fréauville, Rouen (doyen chapitre cathédral)

Bénéficiaire(s) : Les Préaux, Saint-Pierre de Préaux (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1226, 11 avril

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Thomas [de Fréauville], doyen de Rouen, et R. prieur de la Madeleine de Rouen font savoir que l'abbé et les moines de Saint-Pierre de Préaux et les chanoines de l'Isle-Dieu se sont accordés sous peine de soixante livres de monnaie courante et ont mis un terme en présence du doyen et de l'official d'Évreux aux nombreuses querelles qui les opposaient. Les chanoines posséderont le jardin situé devant leur porte, le clos des sœurs des chanoines et toute l'aumône que Gertrude a donnée à l'église de l'Isle-Dieu et rendront aux moines de Préaux cinq sous de monnaie courante payables à la Saint-Michel [29 septembre] pour acquittement de la dîme de ces terres. Ceux-ci posséderont toutes les dîmes de la paroisse Saint-Martial de Vascœuil, tant sur les terres défrichées que les autres quels qu'en soient les exploitants. En outre les chanoines ne pourront acquérir ni terre ni bois relevant du fief des moines de Préaux par achat, aumône ou engagement sans la permission de ceux-ci, sous peine de dix livres d'amende et d'abandon du bien en question sans possibilité de procès ; à ce sujet ils se sont soumis à la juridiction du doyen de Rouen.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Rouet Dominique, *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, Paris, Éditions du CTHS (Collection de documents inédits sur l'Histoire de France, section d'Histoire et de Philologie des civilisations médiévales ; série in-8°, 34), 2005, n° B180, p. 410-412.

Texte établi d'après a

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Th(omas), decanus Rothomagi, et R. prior Beate Marie Magdalene de Rothomago, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod, cum abbas et conventus Sancti Petri de Pratellis ex una parte et abbas et conventus Insule Dei ex altera in nos compromississent sub pena sexaginta librarum usualis monete super querelis multis que vertebantur inter ipsos, auctoritate apostolica coram decano, cantore et officiali Ebrouicensibus, tandem utriusque partis controversia amicabiliter sopita est in hunc modum : videlicet quod predicti abbas et conventus Insule Dei in pace habebunt et in perpetuum possidebunt gardinum quod est ante portam canonicorum Insule Dei et clausum sororum predictorum canonicorum et totam elemosinam quam Geretrudis dedit ecclesie de Insula Dei reddendo inde annuatim abbati et conventui Sancti Petri de Pratellis quinque solidos usualis monete pro solutione decime predictorum gardini et clausi ad festum sancti Michaelis. Predicti vero abbas et conventus Sancti Petri de Pratellis in pace habebunt et in perpetuum possidebunt decimas tocius parrochie Sancti Martialis de Wasquolio tam in essartis quam in aliis locis a quibuscumque excolantur. De cetero autem non licebit predictis canonicis Insule Dei terram vel nemus que sint de feodo predictorum abbatibus et

conventus Sancti Petri de Pratellis emptione, elemosina vel vadimonio accipere sine assensu predictorum abbatis et conventus Sancti Petri de Pratellis. Quod si fecerint, penam decem librarum usualis monete incurrent et sine lite et difficultate emptionem, elemosinam vel vadimonium amittent ; et ad hoc se supposuerunt jurisdictioni nostre. In cuius rei testimonio presenti scripto sigilla nostra apposuimus. Datum anno Domini M° CC° XX° VI°, apud Rothomagum, tercio idus aprilis. Valet.